



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Feriatis diebus, an iuramenta admitti, & sententiae ferri possint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Christi studio Hierosolymis, demum in Cypro penes Reges servatus fuit hic inestimabilis thesaurus pretiosissimo sanguine Christi conpersus, sed, ubi cœpit ira Dei excandescere, & immanitati Turcarum regna illa exponenda permisit, sacratissimæ syndonis Deus non oblitus, ne impiorum manibus aliquando pollueretur, sub pijsimorum Sabaudia Ducum tutelam eam migrare voluisse videtur, sub qua primò Camberij Allobrogum, Ducatus Sabaudia insigni oppido, nunc autem 27 jam à pluribus annis in pedemontana Provincia, & Taurinensi civitate eorundem Ducum regia pijsime asservatur Mag. Cyprianus Uberti in *op. de cru. lib. 3. fol. 186.* & Jacob. Crot. *de cruc. Chris. lib. 1. cap. 58. in princip.* si quis autem miraculorum, quæ Deus sacram hujusmodi syndonem invisentibus, & adorantibus aperire dignatus est, notitiam habere velit, videat Majol. *eodem cap. 4.* & Paleot. *d. cap. 2. post princ.* & quia tetigit corpus domini, quod fuit verbo divino conjunctum, & illius sanguine est conpersa, sanguisque non fuit à verbo divino seperatus, & divisus; propterea eidem sanguini cultus 25 † Patriæ debetur, S. Thom. 3. *par. quest. 25. artic. 4. ad. 2.* Azor. in 1. *par. instit. moral. lib. 9. cap. 5. versic. 8. queritur,* & Paleot. *in ead. explicat. cap. 7. post med.*

Quartò, ordinaria auctoritate tenetur 26 etiam Episcopi curare, ut dietum † festorum celebratio ad Dei cultum maximè pertinens, & quæ in lege divina præcipitur cum omni veneratione observetur, omnes enim dies Dominici, & alij item plures præcipuè in honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, Apostolorum, & aliorum

Sanctorum de præcepto sunt servandi, sicut alij item, qui juxta laudabilem locorum consuetudinem solemniter celebrati consueverunt. Hujusmodi autem diebus ab omni illicito, & servili opere est abstinendum, mercatus, fora, profanæ negotiationes, & judiciorum strepitus debent cessare. Qui autem festi dies non sunt de præcepto Ecclesiæ, sed de consuetudine, secundum consuetudinem loci sunt servandi, *cap. quoniam, de ser.*

27 Judiciorum autem strepitus † omnibus ferijs in honorem Dei indictis quiescere debent, quibus non potest renunciari, nec processus, minusque sententia valebit, nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat, *cap. final. & ibi Abb. numer. 1, 2, 3, & 9, de ser.* favore tamen hominum introductis, ut messium, vel vindemiarum, de partium consensu renunciare potest, *ut d. cap. final. in fin. eod. tit.*

Quò autem dies festivi, in honorem Dei sint feriati, probatur in *cap. 1, de consecrat. dist. 3, & d. c. fin. de ser.*

28 Juramenta enim dictis diebus admitti non debent, neque sententiæ ad pœnam sanguinis terri, neque sacramenta præstari, nisi pro pace, vel alia necessitate, *c. 1. eod. tit.*

29 † At dies festos operibus servilibus, seu vetitis violantes mulctare, & pœnis afficere est misti fori, ita ut inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem sit locus præventioni. Pius V. in *Bull. constit. 5. cum verò, ver. in alijs autem.* In Regno tamen Neapolitano, ex antiqua juris dispositione, & capitulorum ejusdem regni, & immemorabilis consuetudinis, ad forum Ecclesiasticum tantummodo spectat, & in eodem regno dicta constitutio, hoc casu in foro seculari non attenditur. Prout